



**R. P. Francisci Svarez Granatensis, E Societate Iesv
Doctoris Theologi; Et In Conimbricensi Academia
Sacrarvm Litterarvm Olim Primarii Professoris Emeriti De
Divina Gratia Pars ...**

Continens Prolegomena sex, & duos priores libros De Necessitate Divinæ
Gratiæ Ad Honesta Opera

Suárez, Francisco

Mogvntiæ, 1620

Index Capitvm Libri Secvndi. De neceßitate gratiæ ad actus diuini ordinis
eliciendos, seruanda supernaturalia præcepta, & peccata illis contraria
vitanda.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-94086](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-94086)

omnia, neque eius habitum acquirat, nihilominus diligit Deum ut authorem nature super omnia amore innato, id est, naturali pondere voluntatis. Et hoc satis est, ut quacunq; ratione virtutes morales in homine puro simul existant, siue per accidens infusæ, siue cum speciali Dei adiutorio acquisite, etiam si nullus habitus amoris Dei adiungatur, vel actus elicitus supponatur, habeant perfectum statum virtutis, etiam per relationem ad vltimum finem naturalem, quia præterquam quod ipsemet virtutes naturaliter tendunt ad eundem finem, sicut de earum actibus supra diximus, etiam ipsa voluntas est naturaliter propensa ad referendas omnes illas in eundem finem vltimum. Atq; hoc satis est ad dictum statum virtutis, præsertim si talis persona non sit in statu peccati: nam si macula mortalis culpæ interueniat, quodammodo deordinat, & consequenter destruitur videtur illum statum virtutis. Quanquam & hoc etiam magis sit secundum moralem considerationem, quam secundum rationem physicam, si per

culpam habitus virtutum realiter non minuantur. Est et alia differentia inter amorem Dei supernaturalem, & naturalem, & quod homo viribus suis nullo modo potest diligere super omnia Deum ut supernaturalem finem nec perfecte, nec imperfecte, potest autem diligere super omnia Deum ut finem naturalem, amore etiam elicitio, saltem imperfecto, & inefficaci, & aliquam conditionem includente. Ille autem satis est, ut quandiu durat ipse, vel virtus eius, reliquæ omnes virtutes in eundem finem vltimum referantur. Et ita ex hac parte non est simpliciter necessarium speciale auxilium gratiæ ad hoc qualecunq; esse virtutis, seu perfectiorem statum eius. Quamuis, ut hic status sit magis stabilis, & perfectiori modo acquisitus per proprium actum ipsius hominis, illud peculiare auxilium necessarium sit, quod ad amandum simpliciter, ac perfecte super omnia Deum authorem naturalem in hoc statu, & in puris naturalibus postulatur.

FINIS LIBRI PRIMI.

INDEX CAPITVM
LIBRI SECVNDI.

De necessitate gratiæ ad actus diuini ordinis eliciendos, seruanda supernaturalia præcepta, & peccata illis contraria vitanda.

- Cap. I.  *TRVM gratia diuina reuelationis ad Deum in hac vita cognoscendum, sicut ad salutem oportet, fuerit necessaria?*
- Cap. II.  *Trum ad credendum reuelatis specialis gratia Dei sit necessaria?*
- Cap. III. *Trum ad initium fidei sit necessaria gratia?*
- Cap. IV. *An actus fidei sit in se, & in substantia supernaturalis: & tractatur prima sententia.*
- Cap. V. *Actum fidei, & voluntatem credendi esse actus, quoad substantiam supernaturales.*
- Cap. VI. *Actum fidei non esse tantum supernaturalem in suo fieri, sed in suo etiam esse.*
- Cap. VII. *Actum fidei non esse supernaturalem ex modo accidentali actus, solum extrinsece illum denominante.*
- Cap. VIII. *Actum fidei non esse supernaturalem ex accidentali modo intrinseco, seu illi inherente, & vera assertio concluditur.*
- Cap. IX. *Fundamentis prioris sententia satis fit.*
- Cap. X. *Trum possit homo assentiri mysterijs supernaturalibus reuelatis à Deo, aliquo naturali assensu, sine auxilio speciali gratiæ?*
- Cap. XI. *Trum fides aliqua, quæ idem motuum credendi, eandemq; rationem formalem obiecti habeat cum fide infusa, possit haberi ex viribus nature sine auxilio gratiæ?*
- Cap. XII. *Trum ad sperandum, sicut oportet, diuinas promissiones, gratiæ auxilium requiratur, & quale, quare ratione necessarium sit?*
- Cap. XIII. *Trum ad amandum Deum amore concupiscentiæ, ut est summum bonum, & commodum hominis amanti, sit auxilium gratiæ necessarium?*

Cap. XIV.

- Cap. xiv. *Vtrum ad amandum Deum, vt supernaturalem finem, & gratie authorem perfecta dilectione amicitiae, auxilium gratiae per se, & propter speciem, & excellentiam talis amoris, sit necessarium?*
- Cap. xv. *Vtrum ad amandum Deum authorem gratiae, amore etiam imperfecto, sit per se necessarium gratiae supernaturalis auxilium?*
- Cap. xvi. *Vtrum ad aliquos actus moralium virtutum sit per se necessaria gratia: eo quod in specie sua supernaturales sint?*
- Cap. xvii. *Vtrum præter actum fidei, sint in intellectu speculativo aliqui actus supernaturales, propter quos gratia per se necessaria sit?*
- Cap. xviii. *Quis sit actus sapientiae specialiter Spiritui Sancto attributus?*
- Cap. xix. *Quis sit actus intellectus dono Spiritus Sancti specialiter attributus?*
- Cap. xx. *Quis sit actus scientiae dono Spiritus Sancti specialiter attributus?*
- Cap. xxi. *Quinam actus sint fortitudo, pietas, timor, & consilium? Qui dono Spiritus Sancti specialiter tribuuntur.*
- Cap. xxii. *Vtrum præter actus virtutum, & donorum, sint alij actus supernaturales, ad quos sit specialis gratia necessaria: qui beatitudines, vel fructus Spiritus Sancti dicuntur?*
- Cap. xxiii. *Vtrum ad seruanda supernaturalia præcepta, quæ de internis actibus data sunt: vel ad non peccandum contra illa, sit gratia necessaria?*
- Cap. xxiv. *Vtrum ad seruanda præcepta supernaturalia de externis actibus, necessaria sit gratia?*
- Cap. xxv. *Vtrum hominibus etiam iustis sit necessaria noua gratia, ad exequenda media necessaria vel vtilia ad æternam salutem consequendam?*

